

reddit et multiplicis gratie conductorem, cum, sive magna aggregamur sive parva, quicquid negotiamur, quicquid intendimus, postulamus ab eo afferri^(a) prospera, adversa repelli. hoc ipsum quoque sollicitudinem^(b) nostram semper inquietam ac turbidam sedare plurimum^(c) potest, cum et bona prebere et mala prohibere^(d) non in nobis sed in Deo esse recognoscamus, qui, cum tot ac tantis quotidie nobis beneficiis prestandis, que ignorare non potest quicunque sanam mentem habet, male semper de eo^(e) mereamur, tamen et bona iugiter prestat que non meremur. etiam si qua patimur mala, maiora tamen, que haud dubie^(f) meremur, avertit clementer aut temperat. et illis quidem, qui ita sentiunt, eveniunt ista ad pacem ad perpetuamque salutem; ceteris vero, qui de se presumentes, de Dei benignitate ac potentia indigne sentiunt, ipsa eius benignitas in quotidianum vertit cruciatum extremamque perniciem. nam, qui iudicio proprio et viribus suis^(g) confidunt, nequaquam merentur Deum habere propitium, neque digni sunt ut eis iocunda aut salutaria fiant bona celestia. quin potius, non recognoscentes^(h) beneficia divine largitatis, ingratitudinis reos se constituunt et inquietudine perpetua mentem condemnant. hec sit igitur nobis apud Deum iusta ratio⁽ⁱ⁾, hec oratio, (post) propositam^(k) ab initio duorum exemplo doctrinam: precari bona, deprecari mala; de bonis gratias agere quod dedit, de malis gratias agere quod peiora non dedit^(l).

se così pregheremo in ogni operazione nostra.

Si piacerà inoltre la nostra inquietudine, ove riconosciamo che tutto ciò dipende da Dio, e non da noi, che non siamo degni de' suoi continui benefici,

laddove Egli allontana o tempera i mali meritati, dimodochè pur essi ci riescono salutari.

Al presuntosi invece la stessa bontà di Dio torna in tormento e perdizione, giacchè essi, fiduciosi in sé, non meritano nè la benevolenza di Dio, nè di godere de' beni celesti;

anzi, disconoscendoli, si confessano ingrati, e si condannano a perpetua sollecitudine.

Termina, riassumendo la morale dei due esempi.

CXXXXII.

NICOLÒ DEI LEONARDI A P. P. VERGERIO.

25

[Chemnitz, Stadtbücherei, cod. 57, n. 52].

Venezia,
27 maggio 1437.

NICOLAUS Venetus physicus doctissimo viro Petro Paulo Vergerio s. p. d. si vales bene est. delata est his diebus ad me quedam tua epistola, utilis quidem omnibus, nam iocunditate fa-

Gli è venuta testè nelle mani la lettera diretta dal V. al vescovo di Segna, lettera che

(a) C affilari (b) B solitudinem (c) B om. plurimum (d) B om. et mala prohibere (e) Codd. semper Deo (f) C dubia (g) B om. suis (h) R cognoscentes (i) B C iusta narratio Chem. om. iusta (k) Codd. oratio propositam Combi dà oratio, per positum - doctrinam (sic). (l) Chem. dopo dedit aggiunge Dixi. C invece reca Finis